



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**IOAN. PETRI || MAFFEI, || BERGOMATIS, || E SOCIETATE ||  
IESV, || HISTORIARVM || INDICARVM || LIBRI XVI. ||  
SELECTARVM, ITEM, EX || INDIA EPISTOLARVM || LIBRI  
IV. ||**

**Maffei, Giovanni Pietro**

**Coloniae Agrippinae, Anno M.D.XC.**

**VD16 M 105**

Lvdovici Froii Ad Socios in Indiam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64627](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64627)

his extruxerat, & Christianam religionem non modò  
 contra cæteros ethnicos, sed etiam contra ipsum Tonù,  
 ubi opus esset, egregiè tuebatur, Bonziorum scelere cre-  
 ditur veneno fuisse sublatus. Hunc neophyti, vt mutuã  
 inter se Christianorum caritatem publicè ostenderent,  
 quam magnificentissimè extulère: feretrum cum Lita-  
 nijs & precibus magnaque cereorum ardentium mul-  
 titudine septingenti ferè neophyti sequebãtur. arca ves-  
 pere condita est circumfusa serico. postridie lapideum  
 additum est monumentum, & lignei circumquaque  
 cancelli, Crucibus duabus, altera ad ostium septi, latera  
 ad monumenti caput, impositis opere politissimo. Ita-  
 que vulgò locus quotidie celebratur ac visitur. Verùm  
 de Amabaranis hæcenus. Ego inde Funaium, mox ve-  
 ni Facundam: ibi hæc scribebam ad vos septimo Cal.  
 Nouembr. MDLXV.

LVDOVICI FROII AD  
 Socios in Indiam.



NNO superiore, fratres carissimi, ad  
 vos scripsi Firando, constituisse Col-  
 mum Turrianum, vt Meacum suble-  
 uandi Gasparis Vilelæ causa proficis-  
 ceret, quod multa esset ibi messis, ope-  
 rarij pauci; mihiq; comitem itineris  
 ab eò assignatum fuisse Ludouicum  
 Almeida. Nunc mihi, tam longa peregrinatione Dei  
 beneficio peracta, visum est faciendum, vt ea potissi-  
 mam per litteras vobis exponerem, quæ vobis cognitu-  
 randissima putarem fore. Et quoniam totum hoc  
 muneris ita inter nos ego & Almeida initio  
 distribuimus, vt ille iter ipsum quæque in itinere gesta  
 res Meacæses, & alia nonnulla de Iaponiorum  
 moribusque probè comperta persequeret; omnia  
 peregrinatione, ego quòd mearum est partium hisce  
 litteris: vos autè maior videlicet huiusce gen-  
 tis mi-



tis miseratio capiet, reputantes quanto artificio, quanta  
 solertia sagacissim<sup>9</sup> ille humani generis aduersarius, pro  
 speciem religionis, cæremonijs plurimis inibusque  
 ceptas Iaponiorum mentes ad interitum perducere  
 pertrahat. Ac primùm in eorum animis proflus error  
 est notitia omnis, non modò CHRISTI liberum  
 nostri, verùm etiam vnius Dei rerum omnium opit.  
 Superstitionum verò permultæ sunt sectæ, quarum ex  
 quisque voluerit liberum est sequi; sed præcipue dua  
 quæ ab Amida & Xaca denominantur. Itaque complu-  
 ra visuntur cœnobia non modò Bonziorum, sed Bon-  
 ziarum etiam vario corporis habitu, quippe alijs iro-  
 nis tunicis albis, extimis nigris vtuntur, alios cinctur  
 distinguit color, quorum idolum est nomine Dent.  
 ab ijs Amidani magnopere dissident. Bonziorum porro  
 omnes magnificè habitant, habentque perampla vasa  
 galia. Iisdem cœlibatus indicitur, nuptias contraxisse  
 capitale est. In phano medio aram excitant: in ea lignum  
 Amidæ ligneum, corpore supra lumbos nudo, multo  
 brem in modum auribus perforatis, in rosa vitem lignum  
 confidet præclara ad aspectum. Ingentes habent bulbo-  
 thecas, cœnationes ad cibum vnâ sumendum, aram  
 ta seu tintinnabula, quibus ad preces horarias con-  
 rantur. Vespere præfectus certum vnicuique argumen-  
 tum ad meditandum proponit. à media nocte ante  
 templi, alternantibus choris quasi matutinas recitant  
 preces è Xacæ libro nouissimo: prima luce horam vnâ  
 singuli meditando consumunt. mento capiteque  
 raso. amplissima peristylia cõstruunt, & in ijs Fouo-  
 rum (hoc nomine Iaponij quidam sancti appellatur)  
 sacella. dies per annum festos agitant multos. Sunt au-  
 tem Bonziorum claro vt plurimum genere: namque Iapo-  
 nij proceres multiplici prole onerati, quibus sine am-  
 plum satis patrimonium relinquere se posse ducunt.  
 hos ferè ad Bonziorum numerum aggregant. Insuper  
 eorundem sacrificulorum est auaritia: omnes conuul-  
 da pecuniæ norunt vias. Vendunt artificio suo multo  
 ta chirographa, quorum præsidio sese tutum à dæmoni-  
 bus



bus fore vulgus putat. Mutuantur etiam nummos, quos in altera vita multiplicato reddant scœnore, dantque cautionis causa syngraphas creditori, quas è vita discedens secum ad inferos deferat.

Alia est familia sanè frequens eorum, quos Janambaxos vocitant, crispante ac vibrato capillo. ij res vel amillas, vel furto sublatas ita comperiunt. Statuunt ante sese pœctum, hunc dæmon certis euocatus carminibus occupat: ex eo deinde puero: quod auent cognoscere, sciscitantur. Horum preces in vtranque partem multum valere creduntur. Itaque preces eorum faustas æque dirasque pretio populus comparat. Huius ordinis candidati, antequam admittantur, bis terue mille simul montem quendam editissimum petunt. Ibi sexagesimum diem pœnitentiæ nomine, vbi sese voluntario supplicio macerauerint (quo ipso tempore sese illis eam omnia varia specie visendum offert) quasi iam laurea donati, & in cæteram adscripti familiam, floccis quibusdam albis ornantur è collo pendentibus, atrisque pilis qui non nisi summum capitis verticem tegant: atque his tanquam insignibus inde Iaponis prouincias peragant, seque operamque suam vbique vendunt, aduentum suum in oppida significantes pulsantilli, quem secum circumferre singuli soliti sunt. Non defunt alio nomine Genguis, qui res item furto surreptas, furesque ipsos per diuinationem demonstrant. Ij in excelso montis iugo sibi domicilium collocarunt: atque atro colore ob assiduum solis, pluriæ, venti, gæque patientiam. Vxores ducunt, sed non nisi ex suo genere ac stirpe. Ijsdem (vt fertur) è capite quasi corniculum quoddam extuberat. Editissimas rupes atque acutissima subeunt, fluuios traieciunt maximos vnius dæmonis, qui vt infelices magis in errorem inducit, iubet illos montem quendam altissimum ascendere. Hic cum miseri ad præfinitum vsque tempus magnum desiderio præstolantur. Tum illis denique circa meridiem, aut sub vespërâ sese offert dæmon, quem sub Iapidæ nomine venerantur, transiitque per mediū eorum

eorum



eorum. ex eo viso tanta in hominum pectoribus arde-  
 dullis insidet superstitio, ut nullis deinde rationibus  
 sit euelli. Confueuerat etiam diabolus in alio quodam  
 monte sese Iaponijs visendum præbere. Quisquis mo-  
 re beatarum sedium ac paradisi desiderio tenebatur,  
 ferebat eo sese, eamque visionem expectabat: deum  
 oblatum sibi visum, eiusdem suasu, in interiora  
 que sequebatur recessus ad foueam profundissimam  
 in hanc dæmon desiliens, cultorem vna secum ad ma-  
 ritum detrahebat, patuit in hunc modum fraus. Sæpe  
 ea superstitione captum filius ab euim odi consilio  
 uocare frustra conatus, sumpto arcu & sagitta, ad  
 cum vsque occulte profectur. Comparati uti dæmon  
 humana specie non sine splendore quodam. Hæc  
 nex dum venerabundus adoratur, adducit arcum, pro-  
 re filius, emissaque in spectrum sagitta, pro-  
 pem immutata repente figura confixit. Inde fugam  
 cruorem bestiarum persecutus, ad præcipitium illud, quod  
 dixi, peruenit, quo in imo per multa ossa reperiuntur  
 rum, quos dæmon per eam speciem ante deceperat,  
 que ira & à præsentem parentem interitum, & carere  
 pinione vsque adeo pestifera liberauit. Ad hæc  
 est frequentibus Bonziorum cœnobijs admodum  
 lebris (Coiam appellant) quorum princeps auctoritas  
 perhibetur fuisse Combendaxis veterarum cathedra  
 que dicendi famam sanctimoniarum consecutus: com-  
 men diabolica planè iura legesque descripsit, in  
 tor etiam fuisse dicitur literarum, quibus nunc in  
 Japonij viuunt. Is cum ad senectutem peruenisset,  
 vltro defodit serobe profunda quadrata forma, in  
 torum circiter quattuor, eamque deinde seculo  
 aperiri omnino vetuit, neque enim in præterita  
 se; post aliquot millies millena annorum transacta  
 quandam doctrinæ laude præstantissimam in  
 regna venturum, nomine Mirozu: tum se quædam  
 mum è fouea proditurum: interea sellam ducunt  
 boribus corpus quiete velle reficere. Circa ipsam  
 trum lampades ardent multæ & varijs eò mulla præterita



ciji; persuasum est enim genti, quicumque in id monu-  
 mentum exornandum largi ac benefici fuerint, eos non  
 in hac modò vita diuitijs auctum iri, sed etiam in altera  
 opius Combendaxis patrocinio futuros incolumes.  
 Eius porò cultui qui sese mancipant, intra ea cœnobìa  
 quali claustra concluduntur, capillo in speciem abdicat  
 vitæ secularis abrafo, cum tamen ibi deinde, prout  
 eos egulibido, in omni flagitiorum genere volutantur.  
 in illis ædibus, quæ (vt dixi) per multas sunt, præter mag-  
 nam laicorum turbam, Bonziorum sex circiter millia  
 numerantur. Mulieribus aditus eò non est, capitali si  
 excelleriat pœna proposita. Fatonochaiti præterea  
 domicilium est Bonziorum. Hi magnam puerorum  
 turbam varijs artibus ad omne doli furtique genus e-  
 rodunt. Si quos eximia nacti sunt indole, hos de regum  
 singulorum edoctos profapia ac stirpe, & procerum ri-  
 gibus, armorum etiam vsu, dicendique arte exercitatos,  
 rego ornatu in alias prouincias dimittunt eo consilio,  
 vt sese regum filios euenti, per commendationem  
 speciemque nobilitatis conciliata mutui nomine pecu-  
 niæ, bene nummati ad se reuertantur. Itaque locus is  
 raris est apud Iaponios infamia, vt si quem ex ea disci-  
 plina fortè deprehenderit, confestim interimant; nec  
 tamen impostores idcirco ab improbitate malitiaque  
 abscedunt. Iaponiæ terra in Septentrionem adiacet am-  
 plissima syluestrium hominum regio, leucas ab vrbe  
 trecentas. Bestiarum pellibus induuntur, toto  
 corpore, ingenti barba, mystacibus maximis,  
 paxillo subrigunt potantur. Vini gens auida in pri-  
 us ad bella ferox, formidulosa Iaponijs. In prælio lau-  
 dat, salitis aquis abluunt vulnera. id vnum genti reme-  
 dium est. speculum gestare dicuntur in pectore; ad ca-  
 pite gladios alligant sic, vt in humeros manubrium des-  
 cendunt. Aquita per ampla est vrbs in regno Iaponis Ge-  
 nio. illuc frequentes comitant mercimonij causa, i-  
 que vicissim ad eos Aquitani, sed rarius, quòd illuc  
 veni, ferè perimantur ab incolis. Multa erant præterea  
 in hoc



In hoc genere que scriberent: sed ne sim loquor, ad lapidum infamias redeo; qui ad memoriam sui nemini propinquam illud vel maxime pertinere arbitrat, inanis gloriæ cupidissimi, ut quanto maximo apparatu pompæ functi se peliatur. Funerum autem & exsequiarum Meaco ritus eiusmodi est. Hora circiter ante equum effertur cadaver, amicorum turba velum optimo ad rogam anteit, mox propinqua ac notata licet progrediuntur amictu candido (colorum fuscus est) versicolori velo caput obducta, familia cum quoque facultatibus ducunt, albo tunc ornatu tuberoso, verò dignitate atque opibus præcellunt, et dicitur magnifico apparatu & artis eximie lectica velatur, do loco incedunt pedibus vini peritiam sumptu situm. Longo deinde intervallo Bonzias carum superstitionum antistes auro sericoque resurgens lectica statur ampla & præcella pretiosi operis, Bonzias tunc ferè triginta parasitis linteatisque, auro superius pallio tecti pertenui tum cineraceo quidam vel colore (nam is quoque functus est) accedat præcipua face, demortuo (ne offendant erretur ignominiam) iter monstrat ad pyram. Huic Bonzias ferè successunt, nomen concinentes damonis eius, qui defunctus in vita præcipue coluit: simul etiam sagittatus ad rogam usque tintinnabuli vice pullat, chartacei duo perâpla & expansa figura caudilla per hastilibus, chartaceæ item rosa varii coloris copiosè nent: quos qui gestant, tardiori procedenti gaudet sic hastilia subinde concutiunt, ut flores illi pariter in speciem pluuia decidant, ventoque flante spargatur: cum videlicet imbrem argumento esse autem tui animam ad paradisi gaudia penetrasse, per hastias autem, octo prima lanugine Bonzias diuina habet prælongas arundines cum vexillis cubitalibus, quibus item idoli nomen inscriptum est, per vestem ardentem inclusa candela decem laterne feruntur, obductis velo pertenui lateribus. Ad hæc inuicem dicitur



daereis vestimentis pineas preferunt faculas, dodranti-  
 um trium longitudine, haud tamen accensas, quibus de-  
 inde rogo flammam iniiciant. Eodem vestimenti colore  
 permulti sequuntur, verticem capitis adoperti exiguis  
 admodum pileolis mento subligatis, è nigro fulgente  
 torio forma triquetra (quod apud eos honoris indicium  
 est) ipsam schedula insignes, capiti affixa, in qua nomen  
 eius, quem dixi, daemones legitur: quod ipsum quò ma-  
 gis celebretur, pone certus homo tabellam ostendit cu-  
 bitum longitudine, dodrantis latitudine, albo velo tenuis-  
 simo tectam, inscripto ex utraque parte eodem illo no-  
 mine litteris aureis. Tum demum à quattuor viris, lectica  
 sedens magnifica defunctus ipse gestatur in veste candi-  
 da, demisso capite, iunctisque precatis habitu manibus,  
 ad caeterum amictum extrema toga papyracea superadditur  
 libro exarata, quem Deus ille suus, cum in terris ageret,  
 scriptum reliquisse perhibetur, cuius praesidio mentisq;  
 vultu se compotes fore salutis existimant. Cadaver filij  
 subsequuntur, quam elegantissimo cultu corporis: quo-  
 rum oratu minimus pineam item fert satem ad ignem  
 pyrae inferendum. Extremum agmen est magnae homi-  
 num multitudinis ipsidem quae modo dixi pileorum  
 insignibus. Ut ad locum exsequiarum peruentum est,  
 Bonzj vniuersi & caetera simul turba cum strepitu æ-  
 namentorum catinorumque horae spatio daemones il-  
 lus nomen magnis clamoribus inuocant. Deinde hoc  
 maxime modo fit bustum. Area quadrata satis ampla,  
 cellis eminentibus, & velo crassiore ita praecincta  
 est, ut singulis in quattuor caeli plagas ianuis introitus  
 habeat. In medio fouea referta lignis, tecto eleganti  
 opere ex vndulata materia super eam excitato, duas ha-  
 bet in regione mensas vario ciborum genere (piscibus  
 tamen exceptis & carnibus) praesertim vero carycis,  
 medicis malis, placentis affatum instructas. Stat etiam in  
 eorum altera vaporarium vasculum suffimenti causa  
 panis impositum, & lignum aquilanum in disco. Ut igitur  
 deuentum est, lecticae vinculum iniicitur è fune  
 longo, quem, qui adsunt, certatim manu apprehen-  
 den-



dentes vociferantur, vt diximus: postea totam sepulchri  
 introrsus terna lustratione circumcunt. Deinde scilicet  
 pyrae superimposita Bonzius earum caeremoniarum  
 stes, carmen effarus, quod circūfusa turba nequaquam  
 telligat, accensam faculam ter supra caput in orbem  
 circo circummagit, vt eo significet gyro, defuncti  
 nec originem habuisse, nec verò finem aliquando  
 turam esse. Rotam inde faculam abijcit hinc duo ob  
 functi filijs cognatisue arreptam stantes ad se hinc  
 ra ad Solis ortum alter, alter ad Occalum, super caeteros  
 ipsum mutuo sibi quasi honoris & officij causa ter  
 porrexerint, deinde in lignorum struem iniiciunt. Super  
 infunditur oleum statim, cum aquilano ligno & alijs  
 doramentis, prout copiae superunt, magnoque in  
 dio corpus in cinerem vertitur. Interea filij ad mensam  
 accedunt, & aquilano ligno in vaporarium indro, sed  
 ni suffitu parentem quasi iam ad caelestium numerum  
 adscriptum supplices venerantur. Adoratione peracta  
 merces laborum Bonzijs pro dignitate perhibetur. Ad  
 fliti quinque vel decem vel etiam viginti auri vnum  
 caeteris vel argentei deni viritim, vel certus carorum  
 merus: prandium verò paratum (amicorum ac Bonzi-  
 rum turba dimissa) vel busti ministris, vel pauperibus  
 vlcerosisque relinquitur. Postridie liberi cum amantibus  
 & amicis ad rogum reuersi, cineres, ossa, dentes, & reliqua  
 tui in vas inauratum imposita, domum r. ferunt, post  
 que vas veste contactum in medijs adibus locant. In  
 quentes adsunt iterum Bonziji ad priuatas exsequias  
 demque septimo die denuò repetuntur. Deinde cineres  
 certum in locum cineres terrae mandantur, quibus  
 imposito lapide, in quo ductis à summo ad imum  
 maioribus litteris, nomen describitur de monte, per  
 que demortuus in vita coluerit. inde cōtinus ad hunc ad  
 sepulcrum se filij conferunt, ibi spargunt rosas, & cae-  
 dam apponunt, vt habeat defunctus, vnde fiam. In  
 nec solum die, sed mense etiam & anno septimo post  
 tos intra parietes eadem funebria iusta reuertunt, in  
 ti videlicet Bonziorum sagina, crebrisque  
 viderunt  
 Omnia



Omnino in hæc funera impensa fit à locupletioribus aureorum trium circiter millium, à tenuioribus ducentorum trecentorumque, nam quorum tanta est inopia, ut funeri sumptus desit, eos per noctem ac tenebras nullo apparatu vel pompa in sterquiliniū abiectos humi defodiunt. Aliud est etiā genus funeris, quod virtutibus in ora præcipue maritima ducitur. Ij cum Amidæ sese eximio quodam cultu deuouerint, eius visendi cupiditate flagrantes, mortem vltro sibi metipsi consciscunt. Ac primum emendicata per dies aliquot stipe, & in manicas induta, publicè concionantur ad populum, totamque consilij sui rationem exponunt, magna omnium approbatione; tantam quippe sanctimoniam cuncti suspiciunt: deinde sumptis faleibus ad vepres ac sentes, qui ad bratorum sedes iter impediunt; præcidendos, nauigium conscendunt nouum, saxisque ad collum, brachia, renes, crura, pedesque religatis, in altum prouecti, vel perforato de industria merguntur alueo, vel etiam deinceps in mare singuli sese præcipitant. Alueo vacuo confestim ignis ab amicis ac propinquis officij causa proprio separatim nauigio prolecutis iniicitur, nefas purantibus nauem tantis religionibus consecratam, ab illo prorsus in posterum attingi mortalium. Sanè, dum nos peteremus Meacum, octo diebus antequam ad Insulam Hiu peruenimus, viri sex, sceminae duæ simul eo genere lethi perierant ad oppidum Fore. His deinde populus ædiculam vniuersis, columnam pinumque singulis perpetui honoris causa prope litus crexerant, & imposita baculis complura chartæ sgmenta, ædiculæ toto recto defixerant, carminibus plurimis intra parietes propositis, quæ beati illius cœtus egregias laudes celebrarent. Itaque visebatur locus die nocteque superstitionisissimè. Ac fortè per eos dies dum ad quendam insantem Baptismo lustrandum ego & Ludouicus Alarida tendimus, illac nobis iter facere contigit: atque eo ipso tempore prodeuntes è sacrario quinque circiter vetulæ cum globulis prelatoris, quæ vulgò rosaria dicimus, (adeo Christianos mores Lucifer æmulatur)



parum ludibrio nostram ridere dementiam, patitur  
 uero vultu nobis impietatem exprobrare, sacrum illud  
 monumentum nulla veneratione honorisue signifi-  
 catione praterentibus. Restat ut de Bonziorum con-  
 cionibus pauca perstringam. Eæ si minus crebre quam  
 apud nos, certe quam apparatissima. In templo per-  
 no cum serica superne ymbella suggestus amollitur  
 eo stat ornatu sumptuoso cathedra: ante cathedram  
 factum tintinnabulo & libro. Vbi concionis tempus  
 aduenerit, ad suum quæque doctorem in varia compo-  
 sitione frequentes laponiorum sectæ conueniunt. Ille sug-  
 gestum ascendens, & in sella confidens, magnifice  
 circumspicit: deinde indicto campana silentio, prout  
 eo quem diximus, recitat libro, quæ mox idem libellus  
 explicat. Sunt autem hi concionatores viii sectæ cele-  
 sti, atque ad flectendos animos auditorum idonei  
 quoniam hiæ semper auaritia Bonziorum, eo portu-  
 mum omnis spectat eorum oratio, ut populum in-  
 cant specie pietatis ad sua locupletanda carobia, or-  
 tio beatiorum in altera vita fore quemque affirmant  
 quanto, quæ ad sacra vel exsequias pertinent, quanto  
 pompa & impensa curarit. Cumque ita multæ aspectu  
 inter se pugnantur numerentur superstitiones atque in-  
 milia; in eo tamen vel maxime laborant magis in  
 sua quisque mendacia & fabulas ita discipulis pro-  
 bent, nihil ut præterea verum, nihil ad æternam salutem  
 tutum, nihil dignum quod audiat, existiment. Accer-  
 dunt alia quoque artificia, incessus grauitas, ornatusque  
 habitus dignitas, denique species omnis exterior, quibus  
 rebus laponiorum pectora tantis opinionum per-  
 uersitatibus imbuuntur, tantamque ex ijs fiducia ac  
 spem salutis æternæ concipiunt, non solum ut domos  
 sticos intra parietes, verum etiam in publico, necnon  
 vrbe rosaria ferè semper manu percurrant, ad Amida  
 Xacæque diuitias, honores, bonam valetudinem, sempiterna  
 gaudia suppliciter postulantes.

Quæ cum ita sint, carissimi fratres, existimate pœnitentia  
 ipsi, quanto Dei auxilio indigeant, non modo qui in hys  
 locis



loca Euangelium afferunt, sed etiam qui allatum accipiunt, sequere licetis idolis ad Christum adiungunt: quip perora diabolo machinis oppugnantur, ita sollicitantur affiduis Bonziorum dissuasionibus, postremò ab affinis amicisque adeo contumeliosè, molestè, acerbèque vexantur, ut nisi diuina gratia sacrificijs ac precationibus Ecclesiæ Catholice conciliata subueniat, multorū vel potius ferè omnium fidem atque constantiam his certe nascentium Ecclesiarum inijs valde periclitari necesse sit. Quò magis vobis, qui salutem animarum tam vehementer expetitis, Iaponicos hosce greges præcipuè in Domino commendatos esse par est. Nos Sacaium ex itinere venimus quinto Calen. Februarias Ludouicus Almeida quibusdam negotijs primùm, deinde etiam valetudine aduersa impeditus, ibi diutius substitit: ego diei non amplius mora facta, profectus inde, Meacum leucarum tredecim interuallo perueni pridie Calend. Februarias. Aduentu meo cum ceteri Christiani, tum Galpar Vilela præcipuè, qui neminem è nostris Meacito ferè sexennio viderat, mirum in modum recreatus est. Is quadragesimum nondum ætatis annum excedit, sed cani septuagenarium indicant, frigorum vi vehementer affecto consumptoque corpusculo. Meacensi lingua, quæ, ut celeberrimi populi regiæque vrbs ferè elegantissima, iam nunc vitur ita peritè, non modò ut confessiones intelligat, sed habeat etiam conciones. Quosdam in super libellos ad pietatem vtilis in eadem vitit linguam, aliosque deinceps non intermittit subsecuis operis vertere. Quod reliquum est, nos omnes Dominus pro sua bonitate perpetuò tueatur, operumque nobis ad voluntatem ipsius & rectè interpretandam, & ritè exsequendam impetrat. Meaco. II. Calend. Martias, MDLXV.

D 4

EIVS